


MEMORANDUM

(N^o 285)

3219

~~2-11-73~~

H-11-73



ARTIS
GRAMMATICAE
LATINAE LINGVAE
RVDIMENTA,

IIS, QUI EAM LINGVAM

ediscere incipient, vtilissi-

ma Petro Simone Apri-

leo Laminitano

Auctore.



CAESARAVGVSTAE.

Ex officina Petri Sanchez

ab Ezpeleta.

1576.

1771

THE STATE OF NEW YORK

IN SENATE

JANUARY 1771

REPORT

OF THE

COMMISSIONERS

OF THE LANDS BELONGING TO THE STATE

IN ANSWER TO A RESOLUTION PASSED

BY THE SENATE ON THE 17TH DAY OF

DECEMBER LAST

ALBANY: PRINTED BY G. VAN VENTRINO

1771

PRINTED BY G. VAN VENTRINO

ALBANY: 1771

PRINTED BY G. VAN VENTRINO

ALBANY: 1771

PRINTED BY G. VAN VENTRINO

ALBANY: 1771

PRINTED BY G. VAN VENTRINO

ALBANY: 1771

PRINTED BY G. VAN VENTRINO

ALBANY: 1771

ARTIS GRAM-

MATICAE LATINAE LIN-
GVAE RVDIMENTA, IIS, QVI EAM
linguam ediscere incipiant, vtilissima
Petro Simone Aprileo Laminitano
auctore.



Grammatica est ars proprie
elegantiq. loquendi vsu &
auctoritate auctorum proba-
tissimorum atq. elegantissi-
morum confirmata.

Haec autē alia quidem methodica est,
alia vero historica. Methodica grammati-
ca est, quae tradit quasdam regulas praee-
ptionesq. communes proprietatum voca-
bulorum cōpositionisq. orationis : quae
aditum aperiunt ad facilius vsu sermo-
nis proprietatēque loquēdi intelligendā.
Historica grammatica est, quae vsu atque
interpretatione grauisssimorum elegātis-
simorumque auctorum, quibusnam ver-
bis & quo genere sermonis quicquam sit

dicendum, tradit atque praecipit.

Harum quidem methodica sine historica non admodum est utilis: historica vero sine methodica difficile percipitur: ambae vero simul multum conferunt ad intelligendam sermonis proprietatem.

Methodica autem grāmatica duas habet partes, etymologiam nempe, quæ explicat vocabulorū affectiones, rationēq. declinationis ac coniugationis: atque syntaxim, quæ tradit modum & rationem, qua vocabula cōstituēda sint in oratione.

Genera vocabulorū siue partium orationis sunt decem, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Gerundium, Supinum, Praepositio, Aduerbum, Interiectio, Coniunctio. Ex his quinque prioribus variantur, verbum scilicet per cōiugationem, quatuor autem reliquæ per declinationem: quinque vero posteriores eodem semper modo perseuerant: neque vnquā omnino variantur.

Nomen est id genus vocabuli, quo res ipsas appellamus, vt schola antiqua, do

nus magna, recens vestimentum. Ex nominibus autem quaedam sunt nomina rerum, quae res ipsas significant, vt schola, domus, vestimentum: quaedam autem apposita, quae indicant earum affectiones, vt antiqua, magna, recens.

Nomen rei aliud proprium est personae alicuius siue loci vt Hispania, Roma, Philippus, Nilus, aliud commune multorum vt prouincia, vrbs, homo, flumen. Nomen proprium personae aliud vnius alicuius personae proprium est vt Marcus, Publius, aliud familiae atque gentilitatis vt Tullius, Lentulus: quae proprie cognomina appellantur.

Nomen appositum aliud quidem possessiuum est, deductum ab aliquo nomine proprio, vt Romanus, Hispanus, Arpinas, Carthaginensis: aliud vero est denominatiuū, quod significat aliquam rei affectionem, vt doctus, nouus, candidus: quorum triplex est gradus positio vt doctus, candidus, tener, comparatio, vt doctior, candidior, tenerior, superlatio vt doctissimi.

mus, candidissimus, tenerimus.

Quinque sunt nominum affectiones siue consecutiones tam rei quam appositionum, genus, numerus, casus, species, & figura. Genus est triplex, masculinum, vt hic magister, foemininum, vt hæc virtus, neutrum, vt hoc consilium.

Genera nominum in quibusdã dignoscuntur ipsamet significatione: in reliquis vel declinatione, vel appositione siue auctoritate. Significatione iudicãtur masculina nomina deorum vt Iupiter, angelorũ vt Michael, masculorum vt Cicero, consul, leo, mensium vt Aprilis, ventorum, vt Auster, fluminum vt Iber.

Foeminina vero nomina dearũ vt Minerva, foeminarum, vt Dido, nutrix, leaena, prouinciarum vt Hispania, vrbium vt Corinthus, arborum vt cupressus. Excipiuntur quaedam rara nomina, quae vna cum reliquis exceptionibus requires in arte grammatica maiore.

Masculina & foeminina sunt, quae de mare dici possunt atque foemina, vt hos-

pes mea, ciuis Romanus, & ciuis Romana. At siquid quod nomen non sit, vt nomen vsurpetur, appositum neutrum obtinebit, vt vtile erit tibi istaec meminisse: iucundum est multa didicisse.

Numerus alius vnus est, vt homo, bos, alius multorum, vt homines boues. Casus autem sunt sex, Nominatiuus, in quo reponimus eū, quē nominamus, vt: el maestro viene: magister adest: Genitiuus, in quo eum cuius res est vt: io tengo el libro del maestro: ego habeo librum magistri: Datiuus, in quo eū cui aliquid damus vt: ia di el libro al maestro: iam librum tradidi magistro: Accusatiuus, in quo id, quod accusamus, aut in quod transit vis verbi, vt: no auia visto al maestro: non aspexerā magistrum: Vocatiuus, in quo illud, quod vocamus, vt: salue te Dios maestro: salue magister: Ablatiuus, in quo illud, vnde aliquid auferimus, vt: esto entendi io de mi maestro: Haec accepi ego a magistro meo.

De quinque nominum declinationibus.

Nomina aut sunt primae declinationis, aut secundae, aut tertiae, aut quartae, aut quintae. Primae sunt, quae habent genitiuū vnius in, ae, vt disciplina. G. disciplinæ: secundae, quae in, i, vt puer G. pueri, animus G. animi: tertiae, quae in, is, vt sermo G. sermonis, ciuitas G. ciuitatis: quartae quae in, us, vt Senatus G. Senatus: quintae, quae in, ei, vt dies G. diei.

Regulae generales declinationum.

Nomina neutra siue secundae, siue tertiae, siue quartae habent semper tres casus similes omnino, N. G. Ac: qui in numero multorum semper desinunt in, a: & quaecūque eo numero desierint in, a, neutra sunt, vt arma.

Vocatiuus semper est similis nominatiuo: praeterquam in quibusdam primae, & in nominibus in, us, secundae: Datiuus & ablatiuus multorum semper sunt similes omnino: itēq; nominatiuus, accusatiuus,

atque vocatiuus multorum in tertia, quarta, & quinta.

De prima declinatione.

PRima est masculinorum in, as; es, vt Aeneas, Aeacides: quae oīa vel propria virorum sunt, vel patronymica: & foemininorum in, a, vt doctrina: varianturq. per has vltimas syllabas.

Nominatiuo	As, Es, A.	Nominatiuo	ae
Genitiuo	ae	Genitiuo	arū
Datiuo	ae	Datiuo	is
Accusatiuo	am	Accusatiuo	as
Vocatiuo	a	Vocatiuo	ae
Ablatiuo	à	Ablatiuo	is

Nominatiuo	Aeneas	Noīatiuo	Aeneae
Genitiuo	Aeneae	Genitiuo	Aenearū
Datiuo	Aeneae	Datiuo	Aeneis
Accusatiuo	Aeneā	Accusat.	Aeneas
Vocatiuo	Aenea	Vocatiuo	Aeneae
Ablatiuo	Aenea	Ablat.	Aeneis.

L I N G V A E L A T I N A E

Nomin.	doctrina	Nomin.	doctrinae
Genitiu.	doctrinae	Genitiu.	doctrinarū
Datiuo	doctrinae	Datiuo	doctrinis
Accusat.	doctrinā	Accusat.	doctrinas
Vocat.	doctrina	Vocat.	doctrinae
Ablati.	doctrina	Ablati.	doctrinis.

Secunda declinatio est masculinorū in, er, vt magister, in, ir, vt vir, in, ur, vt satur, in, us, vt animus: & neutrorum in, um, vt, vestimentum: varianturque per has vltimas syllabas.

No. er, ir, ur, us, um,	Nomi.	i	a
Geniti.	i	Genitiu.	orum
Datiuo.	o	Datiu.	is
Accusat.	um	Accusat.	os a
Voc. er, ir, vr, e, um,	Vocat.	i	a
Ablati.	o	Ablati,	is

Nomin.	magister	Nomin.	magistri
Genitiu.	magistri	Genitiu.	magistorū
Datiuo	magistro	Datiuo	magistris
Accusat.	magistrū	Accusat.	magistros
Vocati.	magister	Vocat.	magistri
Ablati.	magistro	Ablati.	magistris

Nomin.	animus	Nomin.	animi
Genit.	animi	Geniti.	animorum
Datiuo	animo	Datiuo	animis
Accusat.	animum	Accusat.	animos
Vocat.	anime	Vocat.	animi
Ablati.	animo	Ablat.	animis.

Nomin.	vestimētū	Nomi.	vestimenta
Geniti.	vestimēti	Genit.	vestimētorū
Datiuo	vestimēto	Datiuo	vestimentis
Accusat.	vestimētū	Accus.	vestimenta
Vocat.	vestimētū	Vocat.	vestimenta
Ablat.	vestimēto	Ablat.	vestimentis.

Tertia declinatio est masculinorum in, o, vt sermo, in an, vt Acarnan, on, vt demon, in, vt delphin, er, vt agger, or, vt rumor, os, vt flos. Foemininorum autem in, as, vt ciuitas, es, vt sedes, is, vt clavis, aus, vt laus, duabus consonantibus vt ars, plebs, x, vt lex. Neutorum vero in, a, vt dogma, e, vt altare, c, vt lac, l, vt vectigal, t, vt caput, ar, vt puluinar, ur, vt sulfur, en, vt flumē, us, vt tempus. Excipe a nominibus in, o, quæ desinent in, do, go, io, quorum ple-

raq. sunt foeminina vt, testudo, caligo, partio. Itemque a nominibus in, us, quae habuerint genitiuum in, utis, vel, udis, quae sunt item foeminina, vt virtus, G. virtutis, palus, G. paludis. Reliquas vero leuiiores exceptiones requires in grammatica maiore, vel vsu lectioneque auctorum in illis confirmaueris. Variantur autem per has vltimas syllabas.

Nomin. varius	Nomi. es	a
Geniti. is	Geniti. um	
Datiuo i	Datiuo ibus	
Accusat. em	Accusat. es	a
Vocati. varius	Vocati. es	a
Ablatiu. e	Ablati. ibus.	

Nomin. rumor	Nomin. rumores
Geniti. rumoris	Geniti. rumorum
Datiuo rumori	Datiuo rumoribus
Accusat. rumorem	Accusat. rumores
Vocat. rumor	Vocati. rumores
Ablatiu. rumore	Ablatiu. rumoribus

Nomin. tempus	Nomin. tempora
Genitiu. temporis	Genitiu. temporum
Datiuo tempori	Datiuo tēporibus
Accusat. tempus	Accusat. tempora
Vocati. tempus	Vocati. tempora
Ablatiu. tempore	Ablatiu. tēporibus.

Quarta declinatio est masculinorū in, us, vt tumultus, & neutrorū in u, vt genu: quae in numero vnus omnes casus eodem modo terminant, varianturq. per has vltimas syllabas.

Nomin. us	u	Nomin. us	a
Geniti. us	u	Geniti. uum	
Datiuo ui	u	Datiuo ibus	
Accusat. um	u	Accusat. us	a
Vocati. us	u	Vocati. us	a
Ablatiu. u		Ablatiu. ibus	

Nomin. tumultus	Nomin. tumultus
Geniti. tumultus	Geniti. tumultuū
Datiuo tumultui	Datiuo tumultibus
Accusat. tumultū	Accusat. tumultus
Vocati. tumultus	Vocati. tumultus
Ablati. tumultu	Ablati. tumultibus

L I N G V A E . L A T I N A E

Nomin. genu

Geniti. genu

Datiuo genu

Accusat. genu

Vocati. genu

Ablati. genu

Nomin. genua

Geniti. genuum

Datiuo genibus

Accusat. genua

Vocati. genua

Ablati. genibus

QVinta declinatio est nominū foemini
norū in,es, vt facies: dies tamen & me-
ridies masculina sunt. Omnia nomina hu-
ius declinationis carent genitiuo, datiuo,
atque ablatiuo numeri multorum praeter
haec tria, res, dies, meridies, varianturque
per has vltimas syllabas.

Nomin. es

Geniti. ei

Datiuo ei

Accusat. em

Vocati. es

Ablati. e

Nomin. es

Geniti. erum

Datiuo ebus

Accusat. es

Vocati. es

Ablati. ebus

Nomin. res

Geniti. rei

Datiuo rei

Accusat. rem

Nomin. res

Geniti. rerum

Datiuo rebus

Accusat. res

Vocati. res	Vocati. res
Ablati. re	Ablati. rebus
Nomin. facies	Nomin. facies
Geniti. faciei	
Datiuo faciei	
Accusat. faciem	Accusat. facies
Vocati. facies	Vocati. facies
Ablati. facie	

De Appositorum declinatione.

A Pposita in, us, a, um, vel in er, a, um, finita, vt doctus, docta, doctum, tener, tenera, tenerum, masculinam terminationem atq; neutram, id est primam & vltimam variant per secundam, foemininam vero in, a, per primam. Reliqua vero apposita quae vel vnus terminationis sunt, vt prudens, velox, par, vel duarum vt leuis & leue, leuior & leuius, vel trium vt celer celeris celere, varianda sunt per tertiã:

Nomina apposita trium terminationũ primam terminationem habent masculi-

nam, secundam foemininam, tertiam autem neutram, ut honestus puer, honesta oratio, honestum facinus: celer minister, celeris fuga, celere animal: duarum autem priorem masculinam atq. foemininam, posteriorem vero neutram ut utilis amicus, utilis pecunia, utile cōsiliū: at vnus illam habent omnibus generibus cōmune, ut prudens vir, prudens foemina, prudens consiliū. Horum autem appositorum indicio legendis libris genera nominū poterimus dignoscere, ut illud in Andria mala mens, malus animus. Oportet enim nomen rei & appositum genere numero atq; casu cōuenire ut: rem pulchrā. Neutra vero appositorum terminatio variari debet secundum legem illam nominum neutrorū. Apposita in, is & e, Ablatiuum vnus habebunt in, i, ut Ablat. utili: reliqua tertiae in e, vel i, ut leuior. Ablat. leuiore vel ori, prudens. Ablat. prudente vel prudenti.

De Pronomine.

PRonomen est vocabulum, quod facit officium nominis absentis, ut hic habet librum tuum, quod est idem atque Petrus habet librum Pauli. Habet genera, numeros & casus sicut nomen. Sunt autem tria primitiua, septem deriuatiua, tria demonstratiua, totidem relatiua. Ex primitiuis ego est primae personae, tu secundae, suae tertiae, quae hoc modo variantur.

Nomin.	ego	Nomin.	nos
--------	-----	--------	-----

Geniti.	mei	Genit.	nostrum, l. nostri
---------	-----	--------	--------------------

Datiuo	mihi	Datiuo	nobis
--------	------	--------	-------

Accusat.	me	Accusa.	nos
----------	----	---------	-----

Ablati.	me	Ablat.	nobis.
---------	----	--------	--------

Nomin.	Tu	Nomi.	Vos
--------	----	-------	-----

Genitiu.	tui	Geni.	vestrum, l. vestri
----------	-----	-------	--------------------

Datiuo	tibi	Datiuo	vobis
--------	------	--------	-------

Accusat.	te	Accusa.	vos
----------	----	---------	-----

Vocati.	tu	Vocati.	vos
---------	----	---------	-----

Ablati.	te	Ablati.	vobis
---------	----	---------	-------

Genit.	sui	Genit.	sui
--------	-----	--------	-----

Datiuo sibi	Datiuo sibi
Accusa. se	Accusa. se
Ablati. se	Ablat. se

AB his deriuantur septē alia, quae & deriuatiua & possessiua vocātur, ab ego meus, a, um, noster, stra, strū, nostras, tratis: a tu tuus, a tuū, vester, tra, trum, vestras, tratis: a sui suus, a, um declināturq. vt apposita per nominū declinationes.

Demōstratiua sunt tria, quib. vtimur ad quidquā demōstrandum varianturq. hoc modo.

Nomi. Hic, haec hoc	Nom. hi, hae, haec
Geniti. huius	Geni. horū, harū, horū.
Datiuo huic	Datiuo his
Accus. hūc, hāc, hoc.	Accus. hos, has, haec
Ablati. hoc, hac hoc	Ablati. his

Nomi. Iste, ista, istud	Nom. isti, istae, ista
Geniti. istius	Genit. istorū, arū, orū.
Datiuo isti	Datiuo istis
Accus. istū, istā, istud:	Accu. istos, istas, ista
Ablat. isto, ista, isto	Ablat. istis.

Nomi. Ille, illa, illud Nomi. illi, illae, illa

Geniti. illius Geniti. illorū, arū, orū.

Datiuo illi Datiuo illis

Accus. illū, illā illud Accu. illos, illas, illa

Ablati illo, illa, illo Ablati. illis

Horum declinationem sequuntur illa
 apposita, vnus, totus, solus, vllus, nul
 lus, alter, vter, neuter, alius, vt G. nullius,
 D. nulli.

Relatiua pronia sūt tria, quae cū re,
 de q̄ faciūt mētioneē, gēere numero
 ac p̄sona cohaerere debēt, vt, ego, quē tu
 sapientem putabas, hoc feci: tu quem ego
 mihi amicum ducebam, id dixti: literae,
 quas ad me misisti, fuerunt mihi periui-
 cundae: quae hoc modo variantur.

Nomin. is, ea, id Nomi. ei vel ij, eae, ae,

Geniti. eius Gen. eorū, earū, eorū

Datiuo ei Datiuo eis vel ijs

Accusati. eū, eā, id Accusati. eos, eas, ea

Ablati. eo, ea, eo Ablati. eis vel ijs.

Nom. Ipse, ipsa, ipsum. Nom. ipsi, sae, sa.

Geniti. ipsius Geniti. ipforū, arū, orū

L I N G V A E L A T I N A E

Datiuo	ipfi	Datiuo	ipsis
Accusa.	ipsum, fã, sũ.	Accusa.	iplos fas, fa,
Ablati.	ipso, sa. fo.	Ablati.	ipsis
Nomi.	Qui, æ. od.	Nomi.	qui, quæ, quæ
Genit.	cuius	Gen.	quorũ, arũ, orũ
Datiuo	cui	Datiuo	quibus
Accusa.	quẽ, quã. od.	Accus.	quos, as, quæ
Ablati.	quo, qua, quo	Ablati.	quibus.

AD interrogandum vtimur particu-
 la quis in genere masculino, & quid
 in neutro, & qui in ablatiuo. Composi-
 ta a qui, si compositionem habuerint in
 parte anteriore, terminationẽ foemini-
 nam vnius & neutram multorum habe-
 bunt in, a, vt si qua.

De uerbo.

Verbum est id genus vocabuli, quod
 aliquid vel facere vel fieri significat,
 cum aliqua expressione tẽporis aut prẽ-
 sentis vt cũ dico, scribo litteras, aut præ-
 teriti, vt scripsi litteras, aut futuri, vt scri-
 bam litteras.

Verborum autem alia in sua positio-
 ne seu principio desinunt in, o (vocāt au-
 tem positionem principium, vnde pro-
 cedit cōiugatio) vt scribo, mitto, serui-
 o: alia vero in or, vt mittor, scribor, lo-
 quor, amplector. Quelibet autem harū
 positionū habet diuersam cōiugationē.
 Rursus verba quidē in, o, aut actiua di-
 cūtur, si assumūt post se accusatiuū, vt cū
 dico mihi seruū meū ad te: quib. corres-
 pōdet verbum passiuum, vt mittor: aut
 neutra, si nō assumunt, vt cū dico, serui-
 o tēpori, vaco culpa: quib. nullū corres-
 pōdet verbum passiuum verba vero in, or,
 si correspondent verbis in, o, signifi-
 cant aliquid fieri, dicunturq. passiuā, vt
 scribor, mittor: si autem non corres-
 pōdent, significāt aliquid facere: vocāturq;
 deponētia, vt loquor, sequor: si vero mo-
 do facere modo fieri significant, dicūtur
 cōmunia: quę per pauca sunt: sumptaq;
 actiue sequuntur vsum actiuorum in, passi-
 ue vero passiuorum: vt, io abraçare a mi-
 hermauo de buena gana: libente r ample

ctar fratrem meum: de buena gana fere abraçado de mi hermano: libenter a fratre meo amplectar.

In singulis autem verbis consideranda est coniugatio, modus, tempus, numerus, persona, species, & figura.

Quatuor autem sunt coniugationes verborū tam in, o, quam in, or, desinentium: prima eorum, quae desinunt in, o, as in finituo, are, aut, or, aris, infinitiuo ari, vt orno, ornas ornare, ornor, ornaris, ornari: secunda eorum, quae desinunt in o, es, infinitiuo ere, aut or, eris in finituo, eri, vt moneo, mones, monere: moneor, moneris, moneri: tertia eorum, quae desinunt in o, is, infinitiuo ere: aut or, eris in finituo, i: vt scribo, scribis, scribere: scribor, scriberis, scribi: quarta est eorum, quae desinunt in, o, is, infinitiuo ire, aut or, iris, infinitiuo, iri, vt audio, audis, audire: audior, audiris, audiri.

Modus verbi alius est indicatiuus, quādo aliquid enuntiamus, vt Caesar apud Pharsalum Pompeium acie superauit: alius imperatiuus, quo aliquid fieri iube-

mus aut vetamus, vt Tityre coge pecus: alius optatiuus, quo aliquid imprecamur vt, vtinam aut hic surdus aut haec muta facta sit: alius subiunctiuus, quo aliquid imperfecte dicim⁹ vt, Antequã te pudor violẽ, aut tua iura resoluã: alius infinitus, quo nihil definite sine alio verbo dicimus vt volebã seruũ meũ ad te mittere.

Tempus aliud praesens est, vt exspecto tuas litteras, aliud praeteritum, vt exspectaui tuas litteras; aliud futurũ, vt exspectabo tuas litteras. Sed praeteritũ aliud imperfectum est, vt exspectabam litteras tuas: aliud perfectum vt, exspectaui litteras tuas: aliud plusquam perfectum vt, exspectauerã litteras tuas. Numer⁹ ali⁹ vni⁹ est, vt exspecto, alius multorum, vt exspectamus: Persona alia prima, vt exspecto, exspectam⁹, alia secũda vt exspectas, exspectatis, alia tertia vt exspectat, exspectant. Species alia primitiua vt lego, horreo, edo, capio, alia deriuatiua vt, lectito, horresco, esurio, capesso. Figura alia simplex est vt facio, emo, fero, alia composita vt,

perficio, redimo, affero.

De derivatione temporum coniugationis.

TOta ratio cōiugationis derivatur a praesenti & perfecto modi indicatiui: omnia enim praesentia & praeteritū imperfectū, & futurū indicatiui, imperatiui, & optatiui, derivantur a praesenti: reliqua vero, a perfecto. itaq. illa quidē praesentis haec vero perfecti figurā retinebūt. Praeterea tēpora, quae a praesenti derivantur, in singulis sunt cōiugationib. diuersa: quae vero a perfecto, eadem in omnibus. Quamobrem in sola prima reponentur.

De uerbo sum, es, fui.

Sunt multa tēpora in cōiugatione, quae nō habēt propriā vocē: explicanturq. per quādam circuitiōnē uerbi sum et participiorū illius talis uerbi. Quāobrem cōiugationē uerbi sū primo loco tāquā alijs necessariam reponemus,

Coniugatio uerbi, Sum, & eorū, quae ab illo cōponūtur.

Praesens indicatiui modi.

Sum, es, est: Sumus, estis, sūt. Soy

Praeteritum imperfectum.

Eram eras, erat: Eramus, tis, erant. Era.

Futurum indicatiui modi.

Ero, eris, erit: Erimus, eritis, erūt. Sere.

Praesens imperatiui modi.

Es vel sis, sit: Simus, este. l. sitis, sint. Se

Futurum imperatiui modi.

Esto, esto: Estote, sunt. Se

Presens modi optatiui et subiunctiui.

Essem, esses, esset: Essem^o, tis, ent, fuesset

Futurum modi optatiui & subiunctiui.

Sim, sis, sit: Simus, sitis, sint. Sea

Praesens modi infiniti. Esse.

Perfectum modi indicatiui.

Fui, fuisti, fuit: fuim^o, stis, rūt. l. re. fui

Plusquam perfectum modi indicatiui.

Fuerā, ras, rat. fueram^o, tis, rāt. Aua sido

Perfectum opt. ac subiunctiui.

Fuerim, ris, rit: fuerim^o, tis, rint, Aia sido

Plusquam perfectum opt. & sub.

Fuissem, sses, sset: mus, tis, ent, ouiera sido

Futurum sub.

Fuero, fueris, fuerit: fuerimus, fueritis,

fuerint: Aure sido.

Praeteritum infiniti.

Fuisse: Auer sido.

Futura infiniti.

Fore, vel futurum, ram, rum, ros, ras, ra

esse: Auer de ser.

Prima coniugatio.

Praesens indicatiui.

Orno, ornas, ornat: Ornor, ornaris, vel
Ornamus ornatis, nare, natur: orna-
ornant: Atauio. mur, namini, natur:
Soy atauiado.

Praeteritum imperfectum.

Ornabam, bas, bat: Ornabar, baris, vel
ornabamus batis, bare, batur: bamur,
bant: Atauiaua. bamini, bantur: Era
atauiado.

Futurum indicatiui modi.

Ornabo, bis, bit: Ornabor, beris vel
Ornabimus, bitis, bere, bitur: Bimur,
bunt: Atauiare. bimini, buntur: Se-
re atauiado.

Praesens modi imperatiui.

Orna vel, nes, net: Ornare vel neris, ne
ornemus, nate vel tur: Ornemur, orna
netis, nent: atauia. mini vel nemini, nē
tur Seatauiado

Futurum modi imperatiui.

L I N G V A E L A T I N A E.

rat: ornaueramus, erat: ornati eramus
 ratis, rant: auia ata- eratis, erant, Auia fi
 uiado. do ataiado.

Perfectum opt. & sub. modi.

Ornauerim, ris, Ornatus sim, sis,
 rit: Ornauerimus, sit: ornati simus, si-
 ritis, rint: Aia ata- tis, sint: Aia sido ata
 uiado. uiado.

Plusquam perf. opt. & sub. modi.

Ornauissem, sses, Ornatus esse, esses,
 sset: Ornauissemus, esset: ornati essem?
 ssetis, ssent: ouiera a essetis, essent: ouiera
 tauiado. sido ataiado.

Futurum modi subiunctiui.

Ornauero, ueris, Ornatus ero, eris,
 rit: ornauerimus, ri erit: Ornati erimus,
 tis, rint: Aure ata- eritis, erunt: Aure fi
 uiado, do ataiado.

Praeteritum infiniti modi.

Ornauisse: Auer- Ornatum esse: Auera
 tauiado. sido ataiado.

Futurum infiniti modi.

Ornaturū, vel or- Ornatū iri, vel or

natum ire, vel or-
naturū esse : Auer
de ataviar.

nandum esse: Aue-
de ser ataviado.

Participia, gerundia, supina.

Ornans, el que ata-
uia : ornaturus el
que a deatauiar: or-
nandum, di, do,
dum, do: Ornatū.

Ornatus, ta, tnm:
atauiado: ornādus,
da, dum, el que a de
ser: ataviado: Orne
tu.

Secunda coniugatio.

Praesens modi indicatiui.

Moneo, nes, net:
Monemus, netis,
monēt: Auiso.

Moneor, neris vel
nere, netur: Mone
mur, nemini, nen-
tur: Soy auisado.

Prae. Imperfectum.

Monebā, bas, bat:
Monebamus, ba-
tis, bant: Auisaua.

Monebar, baris
vel bare, batur: Ba
mur bamini, bar-
tur: Era auisa lo.

Futurum indicatiui,

Monebo, bis, bit:	Monebor, beris
Monebimus, bitis,	vel bere, bitur: Bi-
bunt: Auifare.	mur, bimini, bun-
	tur: Sere auifado.

Praesens imperatiui.

Mone vel moneas,	Monere vel caris,
at: Moneamus, etc	catur: Eamur, emi-
vel eatis, cant: Aui-	ni uel eamini, can-
fa.	tur: Se auifado.

Futurum imperatiui.

Moneto, neto:	Monetor, mone-
Monetote, monen	tor: Moneminor,
to: Auifa.	netor: Se auifado.

Praesens opta. & sub. modi.

Monerem, res, ret:	Monerer, reris vel
Moneremus, retis,	rere, retur: Mone-
rent: Auifasse.	remur, remini, ren-
	tur: Fuelle auifado.

Futurum optat. & sub. modi.

Moneam, neas, at:	Monear, aris vel
Moneamus, neatis	are, atur: Monea-
moneant: Auife.	mur, amini, antur:
	Sea auifado.

Praesens infiniti modi.

Monere: Auifar. Moneri: Ser auifado.

Tertia Coniugatio.

Praesens modi indicatiui.

Emo, emis, emit: Emor, emeris vel
Emimus, emitis: e- re, emitur: Emi-
munt: Compro. mur, emimini, e-
muntur: Soy com-
prado.

Praet. imperfectum.

Emebam, bas, bat: Emebar, b̄aris vel
Emebamus, batis, re, batur: emeba-
bant: Compraua. mur, bamini, ban-
tur: Era cōprado.

Futurum modi indicatiui.

Emam, emes, emet Emar, emeris vel
Ememus, emetis, re, emetur: Eme-
ement: Comprare. mur, ememini, e-
mentur: Sere com-
prado.

L I N G V A E L A T I N A E

Praesens modi imperativi.

Eme vel emas, e- mat: Emamus, emi- te vel ematis, emāt Compra.	Emere vel emaris, ematur: Emamur, emimini vel emas- mini, antur: Se cō- prado.
---	--

Futurum modi imperativi.

Emito, emitito: Emi- tote, emunto, Cō- pra.	Emitor, emititor, Emimino, emuntor: Se comprado.
---	--

Praesens opt. & sub. modi.

Emerem, res, ret: Emeremus, retis, rent: Comprasse.	Emerer, reris vel rere, retur: Emere- mur, remini, ren- tur: Fuisse compra- do.
---	---

Futurum opt. & sub. modi.

Emam, emas, emat Emamus, ematis, emant: Compre.	Emar, emaris vel re, ematur: Ema- mur, emamini, e- mantur: Sea com- prado.
---	--

Praesens modi infiniti.

Emerere. Comprar. Emi: Ser cõprado.

Quarta coniugatio.

Praesens modi indicatiui.

Audio, dis, dit: Au-	Audior, diris vel di-
dimus, auditis, au-	re, dicitur: Audimur
diunt: Oigo.	audimini, diuntur:
	Soy oido.

Praet. imperfectum.

Audiebã, bas, bat,	Audiebar, baris vel
Audiebamus, batis	re, batur: Audieba-
bant: oia.	mur, bamini, ban-
	tur. Era oido.

Futurum indicatiui modi.

Audiam, dies, diet:	Audiar, dicris vel
Audiemus, dietis,	re, dietur: Audie-
audient: oire.	mur, die mini, en-
	tur: Sere oido.

Praesens imperatiui modi.

Audi vel dias, diat:	Audire vel diarís,
Audiamus, dite vel	atur: Audiamur, di-
atis, diant. oic,	mini vel amini, an-
	tur: Se oido.

L I N G V A E L A T I N A E.

Futurum modi imperatiui.

Audito: Audito: Auditor, auditor:
 Auditote, audiun- Auditor, audiū
 to: Oic. tor: Se oido.

Praesens optat. & sub. modi.

Audirem, res, ret: Audirer, reris vel
 Audiremus, retis, rere, retur: Audire
 audirent: Oiesse. mur, remini, ren-
 tur: Faeffe oido.

Futurum optat. & sub. modi.

Audiam, as, at: Au Audiar, aris vel a-
 diamus, atis: audiāt re: atur: Audiamur
 Oiga. amini, audiantur:
 Sea oido.

Praesens infiniti modi.

Audire: Oir. Audiri: Ser oido.

Perfectum indicatiui, & tēpora, quæ
 ab illo in, eram, erim, ero, issem, isse
 deducuntur eadem sunt in omnib, con-
 iugationibus: itemq. illa quæ per circui-
 tionem explicantur. Ideoq. sat fuit, ea in
 prima coniugatione explicuisse.

Tempora in eram, erim, ero, issem, isse

deducuntur a praeterito perfecto, cuius se-
per retinet figuram: in verbis autem posi-
tionis in, or, explicantur per circuitum.
Reliqua vero deriuantur a praesenti, cu-
ius item semper figuram sequuntur.

Sunt quaedam verba, quae in solis ter-
tius personis reperiuntur, a nonnullisq.
vocantur verba impersonalia, qualia sunt,
libet, oportet, pudet, viuitur, itur, refer-
tur: quae per tertias personas numeri v-
nius variari debent, illa quidem positionis
in. o. ista vero in. or.

Quaedam item sunt verba, quorum,
coniugatio in certis temporibus non sequi-
tur exempla, quae superius, sunt propo-
sita: quae tempora ita debent variari.

Praesens modi indicatiui.

Fero, fers, fert: fe- rimus, fertis, fe- runt: Suffro.	Feror, ferris vel ferre, fertur: Feri- mur, ferimini, fe- runtur: Soy suffrido
--	---

Praesens imperatiui modi.

Fer vel feras, ferat	Ferre vel feraris ra
Feramus ferte vel	tur: feramur, feri-

LINGVAE LATINAE

feratis, ferant: mini vel ferami-
 Suffre. ni, ferantur: Se suf-
 frido.

Futurum modi imperatiui.

Ferto, fertor: Fertor, fertor: Fe-
 te, ferunto: Suffre. rimator, ferun-
 tor: Se suffrido.

Praesens opt. & sub. modi.

Ferrem, ferres, fer- Ferrer, ferreris vel
 ret: ferremus, ferre- ferrere, ferretur:
 tis, ferrēt, Suffrie- Ferremur, ferremi-
 se. ni, ferrentur: Fue-
 se suffrido.

Praesens infinitiui.

Ferre: Suffrir. Ferri: Ser suffrido

Praesens indicatiui.

Volo, vis, vult: Vo-
 lumus, vultis, vo-
 lunt. Quiero.

Caret imperatiuo modo

Praesens opt. & sub.

Vellem, velles, vel-
 les: Vellemus, velle

tis, vellēt: Quisiesse

Futurum opt. & sub.

Velim, velis, velit:
 velimus, velitis, ve-
 lint: Quiera.

Praesens infiniti,

Velle: Querer.

Praesens indicatiui.

Nolo, non vis, non
vult: Nolumus, nō
vultis, nolunt: No
quero.

Praesens imperatiui.

Noli: Nolite: No
quieras.

Futurum.

Nolito: Nolitote.
No quieras.

Praes. opt. & sub.

Nollem, nolles, nol
let: Nollem⁹, nolle
tis, nollent: No qui
siesse.

Fut. opt. & sub.

Nolim, nolis, nolit
Nolimus, nolitis,
nolint: No quiera.

Praes. infiniti.

Nolle: No querer.

Praesens indicatiui.

Malo, mauis, ma-
uult: Malumus, ma
vultis, malunt: Mas
quero.

Caret modo imperatiuo

Praes. opt. & sub.

Mallē, malle, mal-
let: Malleumus, mal
letis, mallent: Mas
quisiesse.

Futurum opt. & sub.

Malim, malis, ma-
lit: Malim⁹, malitis
malint: Mas quiera

Praes. infiniti.

Malle: Mas querer

R Eliquam coniugationem ceteris ver
bis habent consimilem. Præteriti ve

ro supiniq. cuiuscumq. verbi cognitio-
nē, quae cōiugandis verbis est in primis
necessaria, petes ex nostra grammatica
maiore.

De participio.

Participium est pars orationis verba-
lis, quae significat personam agentem
vel patientem: habetq. genera, numeros
& casus more nominum appositorum,
ac tempora, speciem & figurā more ver-
borum. Participiū praesentis in verbis
primae coniugationis desinit in, ans, vt
ornans, seruans: in reliquis in ens, vt mo-
nens, emens, audiens: variaturq. more ap-
positorum vnius terminationis. Partici-
pia praeteriti & futuri in, rus, sequuntur
terminationem supinorum, desinuntq.
in tus, sus, xus: turus, surus, xurus. Est &
aliud participium futuri in, dus, quod si-
gnificat rem faciendam. Haec omnia per
primam secundamq. nominum declina-
tionem variantur.

De gerundio.

Gerundium est quaedam pars orationis verbalis, quae rem gerendam significat. Habet casus vt nomen, speciem & figuram vt verbum, a quo deducitur. In verbis, quae habuerint omnia participia, solis trib. casib. reperitur. **G.** ornandi. **Ac** ornandum. **Ab.** ornādo. In reliquis autem quinq. casus habet. **N.** Vigilandum. **G.** Vigilandi. **D.** Vigilando. **Ac.** Vigilandum. **Ab.** Vigilando. Gerundium tamē datiui fere nunquam est in vsu. Sequuntur participij praesentis terminationem, vt ornandi, monēdi, emēdum, audiendo.

Partium vero orationis, quae non variantur, vsus & naturā requires in grāmatica maiore. Neq. enim breuius quā ibi explicantur, tradi possunt,

De Syntaxi.

Quoniam quae ad rationem declinationis coniugationisq. partium orationis pertinebant persecuti sumus,

ea quae ad syntaxim pertinent, nō multis verbis pertractemus, vt quo faciliori via fieri possit, auditores ad linguae vsū sermonisq. elegantiam perducamus.

Officium igitur partis syntacticae est docere, in quo quidq. casu sit in oratione collocandum secundum vsum sermonis, communemq. loquendi consuetudinem: vt in oratione: obedecere a los mādamientos de Dios: Praeceptis Dei obtemperabo: non autem praeepta.

Ex vocabulis autem quaedam vnicū post se assumunt casum, vt Cicero egit causam Milonis in Senatu: quaedam autem varios vt: Iam vobis meam sententiam explicavi: quaedam vero vel hunc vel illum pro eius qui dicit, arbitratur: vt non est recordatus mandatorum meorū, vel mandata mea. Illa quidem syntaxis simplex; ista autem varia; haec vero indifferens vocatur.

Ex omnib. autem decem vocabulorum generib. sola coniunctio syntaxim non habet: reliqua vero assumere casum

possunt aliqua ratione: principem tamē locum sibi verbum vendicat. Ideoq. primum de verbi syntaxi partiumq. quae ab illo procedūt, deinde vero de reliquarum vsu differemus.

Verum rursus alia quidem syntaxis absoluta atq. communis est, quia vbiq. est eadē, neq. ab alia orationis parte pendet: alia vero propria & pendens aliunde. Absoluta vero communisq. syntaxis in genitiuo, datiuo, accusatiuo ablatiuo reperitur, cuius haec est summa.

Locus vbi nomen proprium primae secundae v̄e declinationis numeri vn̄ius reponitur in genitiuo: vt docuit litteras Corinthi: tertiae vero vel numeri multorum in ablatiuo sine praepositione vt non erat tunc ille Sycione: Trallib. ciuile ius profitebatur: commune autem in ablatiuo cum, in: vt reliqui illū in vrbe: disputabat in media via. Sequuntur tamē rationem priorum haec, domi, meae, tuae, suae, nostrae, vestrae, alienae militiae, togae, rure: vt non offendes il-

lum domi: vna fuimus militiae: credo illum rure commorari. Per nomen proprium personae explicatur per accusatiuum hoc modo: Caenabā apud Seiū.

Id, cuius damno, cōmodo, voluptate, molestiaue fit quicquā, reponitur in dative, vt si quid peccat, mihi peccat. In accusatiuo vero spatium temporis, vt triduum in vrbe commoratus est: interualum loci, vt distat hinc iter bidui: locus quo nomen proprium sine praepositione, vt abi domum, profectus est Romā: commune cum praepositione, in, vt venit in urbem: personae cum, ad, vt cōtulit se ad Caesarem.

In vocatiuo autem is, quem ad te voces, vel ad quem orationem cōuertas: vt Sofia ades dū: credo vos iudices mirari.

At in ablatiue tempus quando, vt in eunte vere nauigabo: itemq. certa temporis mensura, vt triduo rem confeci. Orationes quoq. huiusmodi estando, hāziendo: vt te absente filius tuus vxorē duxit. Atq. etiam instrumentum & cau-

sa, vt disciplinae ediscuntur tēpore, studio & diligentia: ambitione atq. cupiditate dissoluuntur amicitiae. Locus item qua & vnde si nomina sint propria, vt Roma pfectus est, non praeteribit Narbone: communia vero assumūt praepositiones, vt profectus est ex vrbe, per vilam pertransibit.

De Syntaxi verbi.

CVicunq: verbo per numeros & personas flexo debet correspondere nominatiuus rei facientis, si facere significet, aut patiētis, si pati, eiusdē numeri & personae, vt Scipio Annibalem deuicit: vrbs oppugnabatur: qui nominatiuus in verbis primarū aut secundarū personarū, si non exprimatur, qui sit, facile intelligitur, vt volebā ad te litteras dare, ego scilicet: cupiebamus id ex te intelligere, nos videlicet. Quin & in verbis tertiae, quando loquimur de aliqua certa definitaq. persona, de qua superius mētio facta sit. Hic autē nominatiuus aliquando est frustū orationis subiūctiuae

2
9
1
0
1
2
3
4
5

aut infinitivae, vt mihi placet, vt statim te in uiam des: nō te decet, amici causam praesertim tam aequam oppugnare.

Illa quinq. impersonalia quae dñr, pudet, poenitet, taedet, piget, miseret, pronominatiuo assumunt accusatiuū cuiusuis numeri & personae, vt poenitet me huius facti: miserebat nos tuae calamitatis, quod ipsum etiā faciunt verba modi infiniti, quādo pertinet ad diuersam personā ac verba, a quibus pendēt, vt moleste tuli te id dixisse. Quādo em̄ pertinet ad eandē, nihil assumunt, vt, filium meū videre cupiebā. Impersonalia quoq. passiuua nihil assumunt à parte anteriore, vt: itur in antiquam syluam.

Verba passiuua nominatiōis aut existimationis vtrāq. ex parte assumunt nominatiuum, vt Tiberis olim appellabatur Albula: Cicero semper habitus est eloquentissimus.

De verbo sum.

SVM vtraq. ex parte assumit nomina-
 tiuū, cum quidquā esse tale dicim⁹, vt
 vir fuit iustissimus Aristides. Genitiuū
 autē gratia possessiōis, vt hic fundus est
 fratris: aestimatiōis, vt res erat paruimo-
 menti, officij vt boni patrisfamilias est
 cōtinere seruos in officio. Datiuū, cum
 significat habere vt, nullae mihi cum eo
 sunt inimicitiae: duplicēq. gratia utilita-
 tis siue dāni, honestatis vel turpitudinis,
 vt consiliū tuum magno mihi fuit emo-
 lumento: ea res nobis erit curae. Accusa-
 tiuū cum dicimus: hoc erit in rem tuam.
 Ablatiuū affectionis corporis, animi, for-
 tunae: vt pater huius homo erat summa
 prudētia, afflicta tamē fortuna. Opus est
 assumit personā in datiuo rem autem in
 nominatiuo vel ablatiuo vt: opus erat ci-
 uitati firmiter praesidium vel praesidio
 firmiore. Infinitum esse id cupit quod
 praecessit: vt hic cupit clemens esse, vel
 hic se clementem esse cupit.

Genitiuū assumunt, interest & refert,
 cū esse vtile significāt, vt interest Reip.

L I N G V A E L A T I N A E

optimos creari magistratus: dicimus tamen, mea, tua, sua, nostra, vestra, interest aut refert id fieri. Item verba misericordiae ac poenitētiaē, vt miserebat me afflictāe tuae fortunae: nūquā te huius facti poenitebit. Genitiuū vel accusatiuū verba memoriae vel obliuiois, vt recordabor rerū tuarum vel res tuas: non est oblitus mandatorū vel mandata. Genitiuum vel ablatiuū criminis cum praepositione, de, verba accusandi, damnādi & absoluēdi, vt Cicero accusauit verrē repetundarū vel de repetundis: iudices cōdemnarūt Milonem necis vel de nece: absoluerunt autem Roscium parricidij vel de parricidio: Senatus habuit rationem tui absentis: istaec equidem verba aequi boni consulo.

Datiuū assumunt verba obsequēdi vt omnes boni aequis legibus obtēperant: inseruiendi, vt nullā dedit operam honestis disciplinis: resistendi vt: tuae ego sententiae nō repugno: benefaciēdi vt: plurimū ei profuit illud tuum consiliū: fa-

uendi vt:nemo mihi opem tulit:nocēdi,
vt nihil illi obest tuū testimonium:igno
scendi vt:hanc culpam tibi ignoscā:dan
di vt, non ego ei hanc tribui facultatem:
debendi, vt deuinxii me sibi multis be
nificijs: soluendi vt Curius tibi pro me
has pecunias persoluet: gratificandi, vt
habeo tibi gratiam: nuntiandi vt: omnē
ei rem narrauit tabellarius: declarandi
vt: ego tibi horum verborum senten
tiam explicabo: credendi vt: vulgaribus
rumoribus adhibere fidem non oportet:
confidendi, vt: huic homini nullam
habeo fidem: promittendi, vt: dederat
mihi fidem se id facturum: imperandi,
vt: non ego tibi, vt id faceres, praecepe
ram: eueniendi, vt: res nobis euenit ex
sententia: restandi, vt: id solum superest
illi efficiendum: respondendi, vt: nihil
mihi ad eas litteras rescripsit: gratulan
di, vt: gratulati ei sumus de obtento con
sulatu: comparatiua vt: sapientes hone
sta utilibus & iucundis anteponunt. Ac
denique quae facere quid alicui signifi

carint, vt: verba illa risum omnibus mouerunt.

Accusatiuum postulant verba faciendi, quorum actio transit in rem factam: vt misi litteras, ex nemine id accipi: consolatus sum amicum: non te id fugit: nemo te criminatur. Passiua verba non assumunt hunc accusatiuum, quia non significant facere: neq. neutra, quia eorum actio non est transitiva, nisi cum accusatiuus verbi rem significat: vt longam vixit vitam: Pauca verba sunt, quae assumunt duos accusatiuos alterum communem personae & alterum proprium rei, vt: non te id celabo: is docuit me philosophiam: illum ego id minime rogabo. Accidit saepe, vt huius accusatiui officium faciat aliquod frustum orationis, vt: cupio te bene valere, curabo, vt tibi satisfiat.

Omnibus verbis contractus adiungitur pretium in ablatiuo, vt: vendidit fundum centum minis: docet artem rhetoricam mercede: quaedam tamen appo-

fita in genitiuo , vt tanti aestimatum e-
 rit . Postulant item ablatiuum verba
 ornatus, vt : exorna animum tuum ho-
 nestis disciplinis: verba quoque imple-
 di, vt: hi nuntij urbem falsis rumoribus
 repleuerant: exinaniendi, vt: pocula mul-
 ta & ampla vino exinaniuit : verba co-
 piae, vt: vrbes frumento vinoque affue-
 bant: verba penuriae, vt : imperator ad
 soluenda militibus stipendia pecunijs
 indigebat : onerandi, vt liberi maximis
 curis suos onerant parentes : spoliandi,
 vt: litterae tuae magna me molestia leua-
 uerunt : vtendi, vt : optimi viri officio
 tuus certe frater functus est : prosequi
 & afficere , vt neminem maiore odio
 prosecutus est , grauioreue iniuria affe-
 cit.

Ablatiuum cum praepositione , a,
 ab , ex , postulant verba accipiendi, vt:
 quas abs te litteras accepi, fuerunt mihi
 periucundae: cognoscendi, vt: ex nemi-
 ne intellexeram, te ex vrbe redijisse: sepa-
 randi, vt: iam animum seuocaui ab hu-

LINGVAE LATINAE

iusmodi negotijs; originis, vt ex cupiditate omnia mala & oriuntur, & proueniunt. Verba contractus assumunt illum cum praepositione, cum, vt: de rebus tuis nihil adhuc egi cum procuratore; eo die noster exercitus manum conferuit cum Germanis. Verba passiuia assumunt nominatiuum verbi actiui in ablatiuo cum, a, ab, & accusatiuum commutant in nominatiuum, vt: mirum in modum te diligit frater; mirum in modum diligeris a fratre. Si tamen affectum animi significant, praepositionem non assument, vt: litterae tuae valde me delectauerunt; tuis litteris sum valde delectatus.

De participio, gerundio, atque supino.

PARTICIPIIUM per se locum in oratione non habet; sed appositorum more cum nomine aut pronomine cohaeret genere, numero, atque casu: post se vero idem postulat, ac verbum, cuius e-

rit participium, vt Cicero erat dicturus causam pro Milone; litteras à fratre mis-
sas legi perlibenter; malo virum egen-
tem pecunia, quam pecuniam egentem
viro. Gerundia item post se idem po-
stulant, quod verbum, cuius sint gerun-
dia; ante se vero varios vsus habent. Ge-
rundium nominatiui in verbis non
transitiuis reperitur cum verbo est, vt:
aliquando tibi carendum erit patria;
nam in transitiuis vtimur verbali in-
dus, vt; frater mihi exspectandus est. Ge-
nitiui pendet ab appositis cupiditatis,
aut a nominibus rei possessae, vt; is erat
studiosus agendi causas; non erat ea o-
portuna occasio petendi id ab eo. Dati-
ui ferme inusitatum est, in huius modi:
que genere sermonis reperitur; Tu non
es soluendo. Accusatiui ab aliqua ex his
praepositionibus, ad, inter, ante, vt; is in-
eptus erat ad gerendum bellum. Ablati-
ui ab aliqua ex his, de, ex, in, vt ex defen-
dendo maior quam ex accusando glo-
ria comparatur; aut habet vim instru-

menti, vt: defessus sum ambulando. Supinum prius pendet ab oratione verbi motus: postulatque casum sui verbi vt: veni auditum lectionem: posterius autem supinum ab huiusmodi appositis, facilis, suavis, molestus: nullū vero post se casum assumit, vt: rem narras creditu difficilem.

De nomine.

Genitium postulant nomen rei possessivae, vt fundus fratris: magnitudinis, vt multum pecuniæ: mensurae, vt modius tritici: respectus, vt seruus Cn. Planci: collectiva vt turma equitum: verbalia, vt domitor orbis: generalia vt crimen laesae maiestatis: affectiones animi, corporis, fortunae, indifferenter reponuntur in genitivo aut ablativo, vt puer bonae indolis vel bona indole: homo afflictæ fortunæ vel afflictæ fortuna.

Item apposita scientiæ vel ignora-

tionis, vt peritus artis muficae, ignarus Graecarum litterarum: participacionis, vt socius laborum, expers humanitatis: partitiua, vt nemo nostrum, nullus hominum: cupiditatis, vt studiosus litterarum: superlatiua, vt fortunatissimus mortalium. Cōparatiua intra duos, vt maior iuuenum: alias ablatiuū, vt Demosthene eloquentior.

Genitiuum vel datiuum nomina amicitiae aut agnationis, vt amicus bonorum vel bonis, inimicus sceleratorū vel sceleratis, cognatus Caefaris vel Caefari: nomina quoque similitudinis atque aequalitatis, vt similis maiorum vel maioribus: aequalis fratris vel fratri. Genitiuum vel ablatiuum dignus & indignus, vt dignus honoris vel honore, indignus consulatus vel consulatu: dicimus item, merere que le tengas por vno de tus amigos: dignus est, quem habeas in numero tuorum.

Item nomina copiae vel penuriae, vt oratio plena sententiarum vel sentētij:

inanis prudentiae vel prudentia.

Datiuum assumunt apposita commo-
di vel damni, vt consilium vtile rei pu-
blicae, perniciosum bonis omnibus: affe-
ctus animi, vt libertas omnibus grata at-
que iucunda, seruitus cunctis aspera, o-
diosa, atque molesta: repugnantiae, vt
bellum contrarium tranquillitati: serui-
tutis, vt obnoxia miseris humana con-
ditio: verbalia in, illis, vt mors omnibus
terribilis, nemini exorabilis.

Aptus, ineptus, idoneus, datiuum vel
accusatiuum cum, ad, vt aptus gerendo
bello, vel ad gerendum bellum. Nomi-
na procliuuitatis accusatiuum cum, ad, vt
adolescentes procliuces ad voluptatem.

Ablatiuum nomina priuatiua, vt puer
orbus parentibus, exornatiua, vt praedi-
tus bonis moribus: excellentiae vt insi-
gnis doctrina: nomina ordinis cum prae-
positione, vt alter ab imperatore: item
ab alienationis, vt res auersa a ratione.

De pronomine.

Genitiuis primitiuis mei, tui, sui, nostri, vestri, non vtimur causa possessionis, sed illorum loco possessiuis vt ego habeo librum tuum, & non tui. Possessiua assumunt quosdam genitiuos appositos vt tuam ipsius rem perdis. Relatiua & demonstratiua in terminatione neutra assumunt genitiuum, vt istuc aetatis, quid boni? id temporis. Praepositionum autem, aduerbiorum atque interiectionum syntaxim in maiore grammatica require. Non enim potest breuius quam ibi est explicata, declarari.

De grammatica historia.

Quae cumque regulis atque praeceptis summam cōprehendi possunt, ad latinam linguam ediscendam, ea sunt breuiter a nobis explicata. Restat, vt paucis, quae ad historicam pertinent, tractemus: in qua non tantum nobis arrogamus, vt magistris reliquis, quid facturi sint, praescribere velimus: sed ratio

nem quotidiani nostri studij litteris mādamus, vt siquid ibi fuerit, quod cuique placeat, ex nostris his scriptis id possit intelligere. Principio igitur erudiendi pueri mihi esse videntur in ijs auctoribus, quorum stilus & elegantissimus sit, & maxime perspicuus: ne in tenera aetate assuescant pueri verbis barbaris, obscuris sententijs, ac generibus sermonis peregrinis. Itaque vtilis erūt Aesopi fabulae, si modo nos editione nostra effectimus, vt latine loquerentur: selectae illae Ciceronis epistolae, quas vna cū scholijs quibusdam curauimus edendas: Terentianae fabulae, si quis notet diligēter quaedam verba antiqua, Plautinaque genera sermonis, quibus frequenter vitur Terentius, eaque vitanda neque imitanda animaduertat: elegiaci poetae nō lasciuī, neq. qui bonis moribus officrāt: quales est Albius Tibulus, elegiaeq. Quindij de Tristib. & Ponto: vtilis quoq. erunt eclogae Virgilij. In huiusmodi auctoribus ita ego consueui auditores eru

dire, vtpaucis & planissimis verbis latine quo elegantius fieri possit, illis explicitem eius, quod interpretandū sit, sententiam: deinde illud Hispanice ita dicā, vt illos admoneā, vbi nam vulgaris nostra lingua cum latina cohaereat, vbiq. dissideat sermonis proprietate: ne hac similitudine decepti facile in scribēdo deinceps aut loquendo labantur in improprium. Secundo loco singula vocabula illis examinanda trado, ac si ex ijs sint, quae variantur, ad suam positionem siue thema reducenda praecipio: in iisque omnia, quae hoc libro explicata sunt, ad eorum affectiones pertinentia illis vsu percipiēda describo: vt quae generaliter in arte & praeceptis sint proposita, vsu ipso atque experimento singulatim confirmantur.

Tertio arte syntactica singulas periodos diuidendas propono: in sua mēbra & incisa diuidere illas iubeo: atq. in singulis incisis rationem syntacticam verborum examinandam committo.

Tandē cum hac exercitatione ita progressi fuerint, ut linguae usum degustare possint, ea quae ad tropos pertineant illis explico, ac si qui in auctoribus sese offerant legenti, illos annotandos moneo, ex temporeq. orationes aliquas latine dicere eos iubeo, quibus iisdē generibus sermonis utantur, quae apud illos ipsos auctores videāt, usurpata: hācque vnam rationem proprie eleganterq. loquendi esse, illis persuadeo, si quis verbis propriis & usitatis, generibus que sermonis tritis & receptis quicquam dicat. Reliqua enim omnia barbara esse, impropria, ac peregrina. Verum de his omnibus quarto libro de lingua latina diximus multo copiosius. Haec autem pro his, qui rudes sint adhuc & tirones, facta sunt.

F I N I S,

**Loca inter excudendum deprauata sic
emendabis.**

Fol. 1. pag. 2. lin. 17. lege. priores. fo. 3. pag.
2. lin. vlt. leg. hospes meus & hospes mea.
Fo. 4. pag. 2. li. 14. N. Acc. Vo. Fo. 6. pag. 2.
li. 8. confirmaberis. Fo. 9. pag. 1. lin. 9. sui.
fo. 10. pag. 1. lin. 17. cæ, ea. Fo. 15. pag. 1. lin.
8. ornatu. Fo. 18. pag. 1. li. 14. temporib. fo.
28. pag. 2. lin. 21. qualis.